Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii Turonensis liber in gloria martyrum - Cod. Aug. perg. 67

Gregor <Tours, Bischof, Heiliger>

[S.l.], [10. Jh.]

De clavis crucis dominicae

urn:nbn:de:bsz:31-7255

Visual Library

prius audieram. conuersus iudulicbnu.
inmodu ollę feruentis magnis flucti
bus exundare. ac pora ipsa undis in
tumescentib; supfluere. Et ut cre
do. ad incredulitatē meam arguendā
magis ac magis augeri. ita ut in unius
horae spatio. plus qua unu sextarium
redderet et uasculu quod quartariu
non tenebat. Admiratusq; silui. ac
uirtute adorandę crucis. deinde prę
dicaui. Puella quędā chrothigildis
nomine. dū post mortem patris. in ur
bis cenomanicae territorio resideret.
oculoru amissione multatur. Post
quam autē exiussione chilperici re
gis. adhuc beata regina supstite. ad
ante dictu monasteriu transisset. regu
lam ipsa beatissima ostendente. ante
scam prosternitur aream. Ibiq; cu reli
quis scimonialib; uigilias explicans.
dato mane. isdem discedentibus. pro
strata solo. in eodem loco quieuit. Ap
paruitq; ei per uisu. quasi aperiret a
liquis oculos eius. et uno sanitate red
dita. dū cū alio laboraret. subito ad

ostiu reserati sonu expergefacta. uni
us oculi lumen recepit. Quod non am
bigitur huic per crucis uirtutem fuisse
prestitum. Energumini. clodi. et alii
quoque infirmi psępe in hoc loco sanan
tur. hactenus hinc.

VI. DE CLAVIS CRUCIS DOMINICAE.

Speciosi autem. omniq; metallo nobi
liores. dominicae crucis claui. qui
beata menbra tenuerunt. ab helena
regina. post ipsius sacrę crucis in
uentionem repti sunt. Et de duob;
quidē frenu imperatoris muniuit.
quo facilius si aduersae gentes resti
tissent principi. hac uirtute fuga
rentur. De quibus non ei ignotu za
chariam uaticinasse pphetam. Erit
inquit in eo. quod ponetur. scm dni.
Eo enim tempore. adriaticu mare ma
gnis fluctibus mouebatur. In quo tam
frequentia erant naufragia. ac dimer
sio hominum. ut uorago nauigantium
diceretur. Tunc prouida regina.
condolens excidia miserorum. unu
ex quattuor clauis deponi iubet in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

pelagus. confisa de dei misericordia. quod saevas fluctuum commotiones. facile posset opprimere. Quo facto. redditur mare quietum. tranquillaque deinceps navigantibus flabra praestantur. Unde usque hodie. nautae sanctificatum mare venerantes. cum ingressi fuerint. ieiuniis orationibusque vacant et psallentio. Clavorum ergo dominicorum gratia. quod quatuor fuerint. haec est ratio. Duo sunt affixi in palmis. et duo in plantis. Et queritur cur plantae affixae sint. quae in cruce sancta dependere visae sint. potius quam stare. Sed in stipite erecto. foramen factum manifestatum est. pes quoque parvulae tabulae. in hoc foramen insertus est. Super hanc vero tabulam. tanquam stantis hominis sacrae affixae sunt plantae. Queritur etiam. quid de his clavis fuerit factum. Duo enim sunt sicut supra diximus. apta in freno. tertius proiectus in fretum. quartum asserunt esse defixum in capite statuae constantini. quae civitate ut aiunt tota. excelsior esse suspicitur. Scilicet ut totam civi eminet munitione salutis quodammodo galea coronaret. Magnam asserunt esse virtutem huius freni. quod ambigi nequaquam potest. Quod iustinus imperator publice expertus. suis omnibus patefecit. Illustri seni. a quodam mago propter pecuniam. emissasque sibi demonis umbram. intolerabiles per duarum curricula noctium sustinuit insidias. Sed cum tertia nocte freni capiti collocavit. locum insidiandi inimicus ultra non habuit. Repertum auctorem insidiarum. gladio perculit.

VII. DE PALLA EIUSDEM CRUCIS.

Nobis vero quae sit virtus ligni huius. hoc modo manifestatum est. Advenit quidam qui nobis pallulam olosericam valde vetustam exhibuit dicens. ab hac in hierosolymis cruce domini involutam fuisse. Quod cum apud rusticitatem nostram incredibile haberetur. ac rimaremur sollicite unde ei tanta